



Db. 15



49.  
57

RECTOR  
ACADEMIÆ FRANCOFUR-  
TANÆ  
CHRISTHOPHORVS  
PELARGUS,  
SS. Theologiæ D.P.P. & Deca-  
nus Facult. Generalis Marchiæ to-  
tius Superattenden s, &c.

*ad*  
PENTECOSTES  
*sollemnia*

*&*  
*Gratitudinis erga venerandum ministerium*  
*declarationem*

Reipubl. litterariæ Cives  
*amicè invitat.*

*XVII. KL. Junias*  
*anni*

∞ . DC. XXIV.  
LITTERIS  
HARTMANNI.

14

STATION

1807

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION





Acra die festo veniunt celebran-  
da. Profanis

Quid Phœbe ingenium studiis o-  
nerare Iuventa

Florentis, tentas? quid nostras,  
docta, venitis

Calliope, in curas? numeris se flabra Megera

Non addant sacris. Hic non habet unda saporem

Castalis: hic Olea contra Palmaeq. Faveto

Aura DEI, verum gemino de Numine Numen.

Est favisse tuum, docuisse fideliter omnes.

Ut sine sole domos Erebi penetravit, Et hoc em

Centimanum CHRISTUS ferro constrinxit, ab

imo

Antrum disjiciens Orci, rediivivus in oras

Luminis ecce redit: vivo marentia fratrum

Corda, quater denos soles, solamine firmat,

Et clarans, pandit fidei mysteria, vates.

Tantum mirificis restabat debita rebus

Clausula, carnalem calis inferre figuram:

Ut lapsas hominum res amissamq. salutem

Restituat penitus, patrieq. ad gaudia nobis

A 2

Pro-

Promissa exulibus referetur janua cali.  
Iamq; valere suis jussis, sternent eq; vento  
Pinna scandenti celeres, stipatus alumnis  
Flammigeris, cali ventum est stellantis in aulam.  
Mox quicquid spirat, quicquid testudo resultat,  
Et quicquid dextrâ loquitur, flatuq; movetur,  
Hoc Christum loquitur, Christum sonat, omnia  
Christum:

Quem Pater excipiens prior has de pectore fudit  
Voces: Venisti tandem, expectata Parenti  
Vicit iter durum pietas tua, Maxima Proles:  
Hac, Mortiq; datum tenus est, Mortisq; ministro.  
Cum Genitore tuo regnandum suscipe mundum,  
Et tibi quam roseo peperisti sanguine plebem,  
Insidias contra Satana defende furentis.  
Quos vis, promisso FLATUS flammabimus igni,  
Pro te projiciant jucunda ut lucis amorem,  
Nec quis mucronem longa cademve sarissa,  
Nec gladii fulmen, volucrisq; aconita sagitta,  
Aut crinita rotis metuat laniantibus haustra,  
Vipereosq; ictus: quiq; omnes aeris auras  
Et folii motus formidant, sponte periclis

Obji-

Objicient sese spernaces mortis, utrumq;  
Currendo ad solem: verbo penetrante pruinas  
Vox Evangelii Scythicas laxabit, & amnis  
Caucasea de cote fluet jam mollior Hebrus  
Exutus glacie, ferit asq; inamana Geloni  
Mitescet, cunctaq; tuà urbes laude sonabunt.  
Nam simul ac cupidas hoc Verbum transit in auras,  
Afflatu FLATUS, quem nos spiramus Uterq;  
Pectora casta subit: qua languent saucia, sanat:  
Qua rigida inflectit: caelestiq; arida succo  
Humectat: refovet flamma vi, frigida: luce  
Dirigit athera, qua devia: sordida purgat.  
Ut segetes marcent ac emorientia campi  
Gramina flaccescunt. pluuius nisi si riget imber:  
At terra ut primum nubes alimenta ministrant,  
Squalorem ponunt, viridiq; induit a decoro  
Exhilarant oculos hominum fulgore micantes:  
Sic nisi nostratis FLATUS virtute calescunt  
Ingenii vires, frustra & sine fruge laborant.  
Dulcibus at mentes animare & pectora flammis  
Cum captat, vero venerari Numen honore  
Ardent, inq; preces toti solvuntur & hymnos:

Quo

Quod si deficiunt frigenti in limine mortis,  
Nec vocem aut gemitum de corde ciere potessunt,  
Hic monet immemores, fideiq; alimonia præbet.  
Dixerat, & placido Natus sic reddidit ore,  
Ostentans Patri Mortis monimenta nefanda,  
Transfixasq; manus & hians in pectore vulnus:  
His merse malis tua me veneranda Voluntas,  
Et genti humana concretæ ab origine labes:  
In terram veni, vici, redi q; in Olympum,  
Et sic quem dederant cursum tua fata peregi:  
Regnumq; accipio & gentem mihi sanguine partam,  
Cui tandem, Genitor, tempus succurrere, cæcus  
Quam timor huc illuc agitat: Succurrere, vatum  
Ore prædixti, tibi nec sententia mutat.

Iamq; dies memoranda aderat, lucisq; tenebras  
Vix face Sol oriens flammante fugarat ab orbe,  
En selecta cohors CHRISTI, dum canticamiscet  
Et spes pectoribus mittenda calitus auræ  
Iam sitiens refouet, calos è sede superna  
Divelli credas, & labi ex æthere Divos:  
Atq; fragore domus crepitat, ventusq; susurrans  
Tecta quibus clausi spirabant, murmure complet,

Desu.



Desuper ignitas sectura in imagine linguas  
Fundens, stricturasq; Dei fulgore nitentes.  
Ecce Deus, Deus ipse suo jam corda fatigat  
Numine, vis calidus venis sese altius infert  
Atq; faces illis divinas implicat ignis.  
Nec se flamma capit, flammam calor igneus intus  
Insequitur, versatq; omni se corpore Numen:  
Quiq; modo elingues, linguarum mille periti  
Eructant mitis divina oracula Iovae,  
Et ventura vident, & regna futura profantur,  
Seminecesq; prius mortis formidine, prompti  
E latebrâ migrant, nec eos discrimina terrent.

Heus Musis devote sacris, nos quomodo FLA-  
TUS

Participes erimus? Potis est oratio mansues  
Omnia, & invicti laquearia vincere cali:  
Vana fuge, & sancto mente associare Senatu,  
Templa pete assiduus, nubes precibusq; penetra,  
Eliget in casto sanctum sibi pectore templum  
SPIRITUS, atq; sui custos erit ipse fidelis  
Templi: mox lingua donum, facilisq; Minerva,  
Et quicquid tradit doctrina cyclicus orbis,

Ad

Ad te cum cali Dono descendet abunde:  
Queis descensurus non es, fulgentis in orbem  
Sed scandes cali, si Musas Gratia morum:  
Si pietas equis comitatur passibus artes:  
Muneris adjutum si Mystas iueris arrha,  
Queis sua, queis seipsam plenis fornacibus Aura  
Cali offert, cedit queis de se iura docendi.  
Aura DEI, DEUS ipse potens, cali aurea  
flamma,

Nos audi, placideq; animis illabere: Vero  
Imbue tumentes, studiis cor, vocibus ora.  
Disjice pestiferas & funditus erue sordes,  
Unanimem fidei tu cunctis imprime sensum,  
Ut nugis hominum positis cultuq; profano  
Que tua sunt doceant, discant, & jugiter optent,  
Nec aliena tuo dissilent spiramina FLATU.

M.P.F.

Ja 666

ULB Halle

3

002 177 021



5b-700



Von 7

MC







B.I.G.

Farbkarte #13



49.  
57

T O R  
RANCOFUR-  
Æ  
PHORVS  
GUS,  
P.P. & Deca-  
lis Marchiæ to-  
ens, &c.

OSTES  
nia  
*mandum ministerium*  
*onem*  
rariæ Cives  
vitat.  
*L. Junias*

XXIV.  
ERIS  
ANNI.

